Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift

debitor est ex diuinitate. ⁊ Si enim ho
mo a bono & iusto creatore creatus. ad
iniusticiam non declinasset iusticia
exigente. debitor illi creator suus ex
diuinitate esset. quatenus cum eodem crea
tore suo in glam diuine claritatis ad
quam creatus erat permanere debuisset.
⁊ quia homo ad iniusticiam declinans.
gaudia eterne incommutabilitatis ma
le seductus perdidit. dis homo factus. de
bitor & iustis & peccatoribus. tam ex di
uinitate quam ex assumpta humani
tate fieri uoluit. debitor inquam ex diui
nitate quia creator. debitor ex hu
manitate quia redeptor. nam quos di
uinitatis sue potentia mirabiliter con
didit. hos nimirum humanis induitus
membris miseriter redimere uoluit.
Et cincinni inquit mei guttis noctium.
Licet per cincinnos membra assumpte
humanitatis xpi. paulo superius intelli
genda esse diximus. saluo tamen in
tellectu. per eosdem cincinnos. scos quoque
anglos designari credimus. nam sicut
cincinni ornamentum quodam sti
capitis. ita ecia spes anglici. nobile
quidam ac speciale s ornamentum con